



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

R. P. Magistri Joannis Teste-fort, Doctoris Theologi Ordinis Praedicatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11153

R. P. Magistri Joannis Teste-fort, Doctoris Theologi
Ordinis Predicatorum.

Istam *Bibliothecam Pontificiam*, non mole quidem corporea nimis immensam, sed spiritu & neruis ingentem, mirâ cum animi voluptate legi, selegi, collegi, probaui, approbaui, & legendam esse duxi, vt omnes eum inde fructum eliciant, quem ex huius laboriosi operis lectione deprompsi. Videns enim Summos Pontifices non minùs Epiraphiis, quàm celsis meritis locupletatos, à mortis falce demersos, communem vniuersæ carnis ingressos esse viam, (in talem enim finem maxima quæque dilabuntur) à sapore rerum carnalium, ad saporem spiritualium, & æternarum animum traduxi meum. Datum Lugduni die 9. Ianuarij anni Domini 1642.

FR. IOANNES TESTE-FORT.

Clarissimi viri Joannis Claudij de Ville, in S. Theologia Magistri, in Ecclesia S. Crucis Custodis, & D. D. Alphonsi Ludouici du Plessis de Richelieu, Eminentissimi Cardinalis, ac Reuerendissimi Archiepiscopi Lugdunensis, Vicarij Generalis substituti.

Inspectis à nobis præfatorum S. Theologiæ Doctorum scripto consignatis testificationibus de historiæ veritate & sana doctrina huius *Bibliotheca Pontificia duobus libris distincta*, R. P. F. Ludouico Iacob à S. Carolo, Ordinis Carmelitarum alumno Auctore, in propalandis Summorum Pontificum encomiis. Nos tam sanctorum Patrum, virtutibus iure debitas commendationes, tamque salutaris vitæ sanctioris Ecclesiæ fidelibus exempla destinata, concedere præli opera æquissimum iudicauimus. Lugduni 15. Cal. Febr. 1642.

DE VILLE, Vic. Gen. Subst.

Summa